

PARTE SECONDA

ALLEGATI

PRIVILEGI DI RE MARTINO

Rex Martinus et Regina Maria / Placet nostris majestatibus et
sic nostris fidelibus trapa / nensibus conceddimus atque confirmam-
mus quod antiqua / et rationabilis atque prescripta consuetudo
ser / vetur super eo videlicet: quod trepanenses possint uti Iure /
prothomiseos et recuperare super territorio montis / sancti Iuliani
a montanis ipsis et quod inter universitatem / trapani et universi-
tatem montis predicti nichil innovetur ad / invicem sed amabiliter
uniant Ita quod boni vicini... / viscerunt nichil ad presens innovent
et si forte aliique / questiones inter universitates predictas sint ter-
minandum ex / pellentur ad suorum predictorum dominorum quod
questiones / ipsas secundum iustitiam terminabunt / Item quod
trepanenses sint exempti a solutione iuris do / hane et omnium
gabellarum et angariarum in regno Si / cilie sicut messanenses iusta
tenore privilegiorum / eisdem trapanensis concessorum per eos-
dem trapaneses / contendendorum et non aliter / Item quod notarii
actorum nostre terre trapani sint exempti / et liberi ab omni solup-
tione et pagamento per eosdem / notarios faciendo alicui si de hoc
appareant privilegia / regia et consuetudines rationabiles atque pre-
scriptas / que et quas in hiis volumus observari iuribus regiis / et
aliorum semper salvis / Item quod trepanenses dannificati et depre-
dati ipsorum / et condemnationis condam andree de claramonte
repo / nantur in pristina ponere eorum bonorum stabilium / et ipsa
bona eis restituantur ipsis videlicet: portionibus super mobilibus /
vero bonis predicti domini quantum essent trapani solitum provi /
debunt quod potuerunt rationabilitate contentari / Item quod Iudei
terre predicte habeant ius prothomiseos intra / et contra se ipsos
et non contra cristianos / Item quod unus frater de ordine carme-
litarum sufficiens / et bonus ordinandus per conventum dicte terre
universitatis / et unus secularis ordinandus per universitatem pre-
dictam possint / et valeant petere legata et alia quecumque debbita
ecclesie / sancte marie annuntiate dicte terre ac fructus redditus /

et proventus ad opus maragmatarum et fabrice dicte / ecclesie data-
tum in civitate Panormi 1392

Ex libro privilegiorum capitulorum et
constitutionum invictissime civitatis
drepani presens copia exacta est

Die 28 maii XIII indictionis 1585
Iulius de Summa sindacus